UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu Decretalium pentateu-||chus

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxx. De eo ordine[m] furtiue suscepsit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63486

Visual Library

De eo qui ordinem furtiue ſuſcepſit. *Tit.* 30.

1. *Veniens*
2. *Cum h.*
3. *Innotuit.*

QVi furtim ordinem ſuſcepſit, ſi facientibus indicta erat excommunicatio, ſine diſpenſatione Ro. Pontificis in ſuſcepto ne miniſtrato, néve ad ſuperiorem adſcendito. Si non erat: & epiſcopus, & abbas cum eo diſpenſare valento.

De exceſſubus prælatorum, & ſubditorum. Tit. 31.

De exceſſubus prælatorum.

1. *Peruenit.*

PRælati presbyteros humanè fouento, eos ne concutiũto, grauãto, ſine iudicio capituli ne ſuſpendunto, néve eorum eccleſias interdicto ſubiiciunto, quempiam binas eccleſias, quarum altera ſufficiat, tenere ne permittunto, nec ſine iudiciario ordine excommunicanto. Qui faxit ei exemplaris pœna eſto.

11. *Inter dilectos.*

Prælatus, qui prima conlatione inhabili facta non quaſſata ſecundam facere adtentauerit, ea vice poteſtate conferundi priuator, neutra autem conlatio valeto.

18. *Tanta eſt.*

Prælatus, qui interdictum malignè violauerit, poteſtate inſtituundi, deſtituundi, beneficia conferundi, excommunicandi, interdicendi ipſo facto priuatus eſto. Qui ei in violatione adfuerint pro modo delicti puniuntor.

10. *Ex literis.*

Prælatus cuius authoritate directè, vel indire-